



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Pestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

## 338 PESTIS.

cum circa hoc. quest. 30. art. 1.

Fratres Minores Conuentuales seruantes Regulam secundum priuilegia sibi à pluribus Pontificibus indulta, sunt omnino tuti in conscientia, cùm illam Regulam sub illa limitatione expressè voverint, sitque eiusmodi dispensatio seu laxatio licita, & non subreptitia, vt nonnulli ausi sunt affirmare. art. 4.

## PESTIS.

**N**on est licitum Prælatis Regulæbus tempore pestis inseruire sæcularibus, ne hoc cedat in præiudicium ouium suarum, quibus etiam tunc Sacra menta ministrare tenentur, & sicut alij Pastores sibi antidota sumere si suppetant, aliisque facere quæ conducunt ad leuandos Fratres infirmos, vt & suam vitam tueri, & munus suum valeant implere, tom. 3. q. 31. art. 2.

Certum est, non solum licitum esse, sed & honestum, vitam propriam pro proximi vita tuenda exponere, cùm sit opus summæ charitatis; tamen qui neque ex officio, neque ex professione ad illud tenentur, quales sunt qui ex instituto Regula

P E S T I S.

339

Regulæ vacant foli vitæ contemplatiue, nunquā obligantur hoc facere, etiamsi id eis expressè præcipiatur, cum hoc præceptum non spectet ad obseruantiam Regulæ, neque ad generale communitatis bonum. Tenentur tamen, deficiente Prælato, ministrare suis Fratribus, & qui ad hoc fuerint deputati, aut ex obedientia missi.*art.3.*

Fratres Mendicantes, quibus ex instituto Regulæ incumbit salutem animarum procurare, & vt declarauit Clem. V. esse coadiutores Pastorum, tempore pestis non possunt fugere, sed deficiētibus Pastoribus, aut non sufficientibus ob multitudinem populi, tenentur coadiuuare, & ministrare populo, præsertim si ab Episcopo ad hoc vocentur, aut eorum necessitas euidenter apparet.*art.4.*

P R A E C E D E N T I A.

*Vide Processio.*

P R A E D I C A R E.

R egulares cuiuscumque Ordinis, de licentia suorum Prælatorum, & petita benedictione ab

Y 2 Epi